

In illo témpore:

- ⁴¹ **M**urmurábant Iudæi de Iesu
quia dixisset:
«Ego sum panis, qui de cælo descénderé»,
⁴² et dicébant:
«Nonne hic est Iesus fílius Ioseph,
cuius nos nóvimus patrem et matrem?
Quómodo dicit nunc:
“De cælo descénderé”?».
- ⁴³ Respóndit Iesus et dixit eis:
«Nolíte murmuráre in ínvicem.
⁴⁴ Nemo potest veníre ad me,
nisi Pater, qui misit me, tráxerit eum;
et ego resuscitábo eum in novíssimo die.
⁴⁵ Est scriptum in Prophétis:
“Et erunt omnes docíbiles Dei”.
Omnis, qui audívit a Patre et dídicit,
venit ad me.
⁴⁶ Non quia Patrem vidit quisquam,
nisi is qui est a Deo,
hic vidit Patrem.
⁴⁷ Amen, amen dico vobis:
Qui credit, habet vitam ætérrnam.
⁴⁸ Ego sum panis vitæ.
⁴⁹ Patres vestri manducavérunt in desérto manna
et mórtui sunt.
⁵⁰ Hic est panis de cælo descénderé,
ut, si quis ex ipso manducáverit,
non moriátur.

⁵¹ Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi.
Si quis manducáverit ex hoc pane,
vivet in ætérnum;
panis autem, quem ego dabo,
caro mea est pro mundi vita».

Verbum Dómini.